



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Antidecalogvs Theologico-Politicvs Reformatvs

Dript, Laurentius a

Paderbornae, 1672

4. Potest dari ignorantia invincibilis Dei, quoad aliquod tempus saltem breve.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13441

Demetrius argentarius, qui faciebat templa Diana argentea: tantus est grex Deorum, & quomodo sunt absque Deo Ephesij? sed propterea sunt impij & absque Deo, quod cum multos Deos elegerint, ab uno exciderunt. Igitur multitudo Numinum nullitas Numinum, qui proinde sentit probabiliter defendi posse stando in puris principijs naturæ dari pluralitatem Deorum, is quoque ex mente Satorum Patrum sentit.

PROPOSITIO III.

Probabile est secundum humanam prudentiam sibi relictam non dari Deum.

3. Ne hoc cuiquam tam mirabile videatur, cum Author propositionum proxime allatarum id ipsum non incongrue insinuet, dum asserit.

PROPOSITIO IV.

Potest dari invincibilis ignorantia Dei quoad aliquod tempus saltem breve.

Et hanc sententiam non esse improbabilem, sed probabilem ipse sentit, dum hoc ab omni-

omnibus Scholasticis admitti affirmat: nec solum hoc, sed probabilem etiam æstimat illam, quæ sequitur.

PROPOSITIO V.

Probabile est, posse dari hominem bono iudicio præditum qui invincibiliter tota vita Atheus sit.

Et quæ subjungitur.

PROPOSITIO VI.

Probabile est posse dari Rempublicam, quæ invincibiliter ignoret Deum.

Has inquam probabiles putat, cum dicat primam à paucis, posteriorem à paucioribus Scholasticis, adeoque plus, quam uno defendi, ac ita insistendo principiis Probabilistarum, secundum quæ, illud quod sentiunt plures Doctores Scholastici rem ex professione tractantes, est sententia probabilis, & hæc indubie erit talis: certe posteriorem, quam pauciores amplectuntur, ipse approbare videtur, dum continuo subdit, multas respublikas fuisse, & quidem bene gubernatas, à